

Lamachus & Eleutho maxille. Equitas suada
ad amorem patet. Alius est.

Bonum est admodum eum eum
stofa, in eo hoc autem
flosferis rata est. C. R. 11

Quod obliuicaris eum, Et rect. O met. Drigemis
extollari, obo in superbi
tritudo neculana et ca
muit. O et qd euenientiu
diana. E. S. mat. v. m.
Ite tenui in nunciula et
H illo tpe. Elcenendu
ce3 ab eo potulare fui
ut no circuimiamur a la
pudetia: led avulare
bonaut: ne vel intercelli
natis e ego. Ha3 2 ego qd
omnes nos: incang boz
luctaret. Z: ceduce ai
bat itaqz cosporcer ap
Q outime. L. IX. (nisi
cospotie: led avulabat
micebat Z: omicbat qd
manifethare. Z: fo e
amqz potentia regan
lun autillu potularc
los mittere in timore
E nr hoc: Z: deo: vlti
Z: bimergatio bec que fit a
frec turbari mare: con
no oncre oea vos. L. VI.
In grclius crgo nauic
oftennderer clctis. L. VI.
nus cerre marig qm
tora opa emotorre:
rc: vt 2 ibide ad
differ in terra eralit ad
mitta magnas mirada o
ctis et in mar. L. un
Et ecce mionis magnus
H an ex multa tribulacio
um gaudiu omeyerit et
re sydes i oibz vos: qd me
magis lanticate conti
qbs oportuerat me gaudie
grclius eius regnante:
Becittlute eu3 no tam
fricatu tip triticia habea

Aehang

prud
anar

22. E. ap. T. didic. A.
bet. f. lit. s. ds. dicatice.
X. ad in alis
ocimda qd in
nacile fruct
labato decedit ad as. lu
at micoza Dnica in. LXX.
catis dnt
nu qd no dfferat i inde fi
nlt furet fetti triu lectio
la micoza het dc iplo retro
2 offclu dntca hctz null
trt. et bimis
il aus: et noi
D. 20.
la matutinat dc dntca crit
frat de anica micoza: z. mlt
H. V. omia
e lit p epbla
sollicitz: li
lare a tenete
drltclu ppi
fin. i cchlitio
z vocuit vos
ipis 2 i fide
as in lauitc
i a oeo qd
zao lpg. p. vao
bedit offclu. Z: te notradu
F. 2. p. cenerit toti ba
richatios tuc abltc in
mota. Z: ftert fetti pu
qd to credi
nabit ad cap. 2 id frace me
dat medactio
opattione
rabb. LXX. tuc en tcrni
bit totas as. et micoza fu
accperit vt
o qd carriat
o inqartatis
mota. Z: ftert fetti
miduplet ad ouplexqbae
milduplet ad ouplexqbae
te al. Ne repellas me a ma
dati tuis all. al. V. Hndi
crus es dne doce me iusti
ficatiōes tuas. Ne. Hym.
O lux beata tri. Sz i epa
tu zamien. dr hym. Dies
absoluti. V. Glesptina orō
cūll'a. an. ad mgt. Hym
nū cātate nobis all. de can
tis syon all. quō cantabi
m̄ cāticū dñi in terra alie

Fafitio paraply di
ia no too par
dia gīlōv: u. q. aboq mē
rbana p̄fū.

Basilee p̄fū mōster

II 2. 24

2 N. 24.

Cecidit ap̄s xpi ihsu
voluntate dei: et timothe
ater ecclie dei qd est corin
i: cui oibz scis qd sunt in
nuersa achaya: grā vob
pax a deo p̄r dno nro ie
xpo. Hndictus deus et
dñi xpi p̄r mise
ic. diaz z deus toti? also
is qd consolat nos in oī
elat nra ut possim?

cōfidentes in nobis: sed in
deo qd suscitat mortuos: qd
de tatis periculis eripuit
nos z eruit in quē speram?
Qm z adhuc eripiet adiu
uantibus z vobis in orōne
p nobis vt ex multaz pso
nis facierū eius qd in nobis
donatiōis p multos grē a/
gan. p nobis Gliavra hec
est testimoniū pscie v̄re x in
simpli grātē cordis z sine

celi z frā.
inanis z v
erāt sup fac
tus domin
aquas. Dic
lux: z factae
us lucē q
sit lucē a ri
lauitqz luce
noctē. Fac
mane dies
hancio fel

e
Evangeliū Nicodemi
domini nostri ihesu cristi discipuli. de
eiusdē passiōe. In lege et prophetis fuit
datū ex antiquissimis libris extractū
bene correctū et noniter impressum.



Euangelium Nicodemi Ihesu christi discipuli. ipi primo oīm de Cristi pas-

sione scribentū diuinitus inspiratū: in lege & in prophetis fūdatū. Cuius informatiōe simul ac spūsceti illuminatiōe. alij euangeliſte de passiōe scribētes dñi nostri ihesu christi. fidelibus p vniuersum orbē plenius atq; pfectius fidem catholicā: domini iussu. et gloriosissime matris eiusdē domini nostri ihesu christi virginis marie pñunciatiū. Incipit feliciter.

EActū est aut̄ anno decimonono imperij Tiberij cesaris: tpe Herodis filij herodis regis galilee: octauo Kalendas aprilis qđ est vicesūnū prima die mēsis Martij. cōsulat⁹ filij Nestio nis anno quarto. Sub ducentesima olimpiade: & principatu iudeorū Anne & Layphe: post crucē & passionē dñi nři ihesu christi. Historiat⁹ est Mycodem⁹ acta saluatoris ad principes sacerdos tū & reliquos iudeorū litteris hebraicis. Theodosius aut̄ magn⁹ impa tor fecit ea transferri de hebreo in latinū. Annas & Layphas Symeon et Bathan. Samaliel et Judas. Levi et Neptalim. Alexander & Ya yrus & reliqui iudeorū: venerūt ad pylatū aduersus ihesum: accusan tes eū de multis actiōibus malis dicētes. Istū nouim⁹ Joseph fabri filiū de maria natū: et dicit se esse dei filiū & regē: nō solū hoc: sed & sabbatū nobis traditū in requiē violat: et paternā legē nostrā vult dissoluere. Dicit eis pylatus: que sunt acta ei⁹ que facit: et quō vult dissoluere legē vestrā. Dixerūt iudei. In lege habem⁹: qđ in sabbato nihil habem⁹ agere: iste aut̄ claudos & surdos: curuos & paraliticos: cecos. leprosos & demoniacos curat in sabbato de malis actionib⁹ suis. Dicit eis pylatus. Quare dicitis de suis malis actiōib⁹. Dicūt ei. Maleficus est: & in principe demōniorū beelzebub ejicit demonia: oīa sibi subiecta sunt. Dicit eis pylatus. Iste quē dicitis: nō in principe demoniorū ejicit demonia: sed in vtute dei signa virtutū facit: & in salvationē generis hūani curat infirmitates: & de bonis opībus accusatis eū. Dicūt ei iudei. Rogam⁹ magnitudinē tuā: vt eū iubeas astare ante tribunal tuū vt audiam⁹ eū. Aduocās autē pylatus cursorē noīe Romanū dixit ei. Cū moderatiōe introducat ihesus cursor vero exiens & agnoscēs eū adorauit ihesum. & fasciale suū qđ te nebat in manu sua expādit sup terrā dicēs. Dñe sup hoc ambula & ingredere: quia p̄ses vocat te. Hoc cū audissent iudei: dixerūt pylato. Quare sub voce p̄conia nō introduxit ihesum cursor: sed vidēs eū adorauit: et sup fasciale suū ambulare eū fecit. Aduocās vero pylatus cursorē dicit ei. Quare hoc fecisti. Rūdens cursor ait. Qñ me misisti in Iherosolimā ad alexandrū principē iudeorū: istū ihesum vidis edentē sup pullū asine ins trante iherusalem: & vidi quosdā extēdētes vestimenta sua in terra: & desup

A ij

ambulante istū ihesum. Vidi etiā aliquos iudeorū tenētes ramos olim
rū. et vidi multitudinē puerorū pcedentē & sequētē: vna voce clamantē et
dicentē. osanna in excelsis: qd̄ interptat̄. saluifica nos q̄ es in excelsis. igit̄
bñdictus q̄ venit in noīe dñi. Clamauerūt iudei dicētes aduersus curso
rē. pueri hebrei hebraice clamauerūt: vnde cū sis gētilis & grecus nosti
hebraicū. Dicit eis cursor. Interrogavi quēdā hebreū & dixi. Quid est
qd̄ clamant hebraice: & ille mihi discernit hebreū. Rñdens pylat̄ dixit
eis. Quō interptat̄ osanna. Dicūt ei Saluū me faciue O dñe salua nos
Tunc pylat̄ dixit iudeis. Nos ipsi tellamini voces filiorū vestrorū. quid
igit̄ peccauit cursor: sine causa culpatis eū. dixitq̄ pylatus cursori. Ejce
ihm foras: & iterū introduc eū quo vis ordine. Exiens vō cursor & edus
cto ihesu. dixit sicut prius. Dñe ingredere: vocat eū te p̄ses. Ingressus
est ihs in pretoriū. & tenētib̄ signiferis signa. curuata sunt capita signo
rū: habētia imagines impatorū auro pictas. Vidētes aut̄ signa iudei. &
quō curuata sunt capita eoz & adorauerūt. magis clamabant aduersus
signiferos. Vidēs hec pylat̄. dixit ad iudeos. Num admiramini quō
curuata sunt capita signoꝝ. habentiuꝝ imagines impatorū: tenētibus sig
niferis hastas eorū rectas: quare ergo sine causa cōtra eos sic clamatis.
Direrūt iudei ad pylat̄. Mos vidim̄ quō se incuruauerunt signiferi &
adorauerūt ihesum. Aduocās vero pylat̄ signiferos dixit eis. Quare
sic fecistis. Dicunt ei. Mos viri pagani sum̄ & tēplorū serui: quō habui
mus adorare eū. etem nobis tenētib̄ signa: incuruauerūt se & adorau
erūt eū. Dixit pylat̄ ad archisynagogos & seniores plebis iudeorū. Eli
gite viros potētes et fortissimos. & ip̄i teneant signa. & videam̄ si ex se
curuent̄. Acceperunt aut̄ iudei duodecim viros iudeorū fortissimos et
potētes in seruos. ipsosq̄ fecerūt tenere signa. et steterunt ante faciē p̄sis
dis. Hoc facto. iussit pylat̄ vt firmiter tenerēt signa dicēs ad eos. Per
salutē cesaris. si flera fuerint hastilia signoꝝ intrante ihesu. male erit vos
bis. Tunc dixit pylat̄ cursori. Ejce ihm foras p̄toriū. & introduc eū quo
vis ordine. Et erit foras pretoriū ihs & cursor cū eo. aduocauitq̄ pyla
tus eos q̄ tenebāt signa: & iurauit eis iterū p̄ cesaris salutē. q̄a si flera fue
rint signa intrāte ihesu perdā capita vīa. Et iussit p̄ses ingredi ihesum
tertio. & fecit cursor eodē mō vt prius. & multū deprecat̄ est cū cursor. vt
ambularet sup fasciale suū. & fecit sic et ingressus est. & incuruata sunt ca
pita signoꝝ & adorauerūt iterū ihm. Pylat̄ vero vidēs hoc & cōsiderās
timor apprehēdit eū. & cepit surgerede sede sua. Vxor vero ip̄i pylati
noīe procula. misit ad eū dicens. Mihil tibi cū hoīe isto iusto: multū em̄
afflcta sum nocte ista ppter eū: & in hoc cognoui q̄a hō iust̄ est. pylatus
aut̄ hoc audiēs: dixit oībus iudeis. Nos nostis q̄a vror mea pagana est
et multas synagogas vīas edificauit. ipsa mihi intuauit: q̄a cognouit
ihesum iustū hoīem esse. et ppter eū multū afflcta est nocte ista. Rñden

tes iudei dixerūt pylato. Num tibi dirim⁹ q̄a maleficus est ⁊ malis de-
monib⁹ afflixit vroxē tuā. Pylatus vō aduocās ihesum dixit ei. Nū au-
dis qđ aduersum te testificant̄ oēs iudei; et nō eis respōdēs. Dicit ihūs
pylato. Unusqz̄ habet potestatē oris sui: loquendi bona vel mala: ipsi
videbūt. R̄nidētes iudei dixerūt ad ihm. Quid eit qđ nos videbimus;
nos oēs scimus q̄a ex fornicatiōe nat⁹ es. ⁊ ppter natiuitatē tuā fecit he-
rodes in bethlehem infantū occisionē. ⁊ in oībus finib⁹ ei⁹ occidit par-
ulos a bymatu ⁊ infra: ⁊ parētes tui Joseph et Maria ppter metū he-
rodis regis fugerūt in egyptū. te pūi infantē secū portātes: defuncto aut̄
herode: pdurerūt te in ciuitatē nazaret. Hoc audiens pylatus dixit eis.
Ergo iste eit ihs quē herodes psecutus est occidere eū volēs. R̄nidētes
iudei dixerūt pylato. Iste eit. Tunc valde ptimuit pylat⁹. Dicunt ei quis
dā de astārib⁹ benigni et iudeis. Nos nō dicim⁹ eū ex fornicatiōe natū.
sed scim⁹ q̄a despōsata fuit maria ioseph: ⁊ nō est natus de fornicatione.
Dixit pylat⁹ ad iudeos: q̄ dicebāt eum natū esse de fornicatiōe. Hic ser-
mo vester nō eit ver⁹: qm̄ despōsata fuit maria ioseph sicut isti dicūt ex gē
te vestra. Dicūt pylato annas et cayphas ⁊ oīs multitudo. clamās quia
ex fornicatiōe natus eit ⁊ maleficus eit: isti aut̄ pseliti sunt ⁊ discipuli ei⁹.
Aduocās aut̄ pylatus annā ⁊ cayphā dicit eis. Qui sunt pseliti. Dicunt
ei. Paganorū filij sunt: et nūc facti sunt iudei: ppter hoc dicūt de ihesu q̄
nō est natus de fornicatiōe. Respōderunt ergo viri illi Lazarus ⁊ iusti⁹
anthoni⁹ ⁊ iacob. zarus et samuel: ysaac et finees: crispus ⁊ agrippa.
amenius ⁊ iudas. Nos pseliti nō sumus sed filij iudeorum et veritatē
loquimur. et in desponsatiōe marie interfui⁹. Aduocans vero pylat⁹
bos duodecim viros qui hoc dicebant. dixit eis. Adiuro vos p salutem
cesaris: vt si natus eit ex fornicatiōe coram omībus surando affirmetis.
Dicunt pylato. Legem habem⁹ nō iurare quia peccatū eit: sed ip̄i iurent
per salutē cesaris: quia si nō eit sicut diximus: rei sumus mortis. Dicunt
annas et cayphas ad pylatū. Duodecim isti credunt̄ qui dicunt eū non
esse natū de fornicatiōe. et nos om̄es dicimus quia maleficus eit: et dicit
seip̄m filium dei esse et regem: et nō credimur. Jussit ergo pylatus omnē
populū erire foras: absqz̄ his duodecim viris qui dicebāt eum non esse
natū de fornicatiōe: et ihesum iussit segregari semotim: et dixit eis. Qua-
ratione volunt eū occidere. Dicunt pylato. Habent ip̄m zelo: q̄a in sab-
bato curat. Dicit eis pylat⁹. Propter bona ergo opera volunt eū occi-
dere. Dicunt. Etiā domine. Tunc pylatus furore repletus exiit foras p-
toriū. et dixit oībus iudeis. Testem habeo sole: quia nec vnā culpā inue-
ni in homine isto. Responderunt iudei ⁊ dixerūt presidi. Si non esset hic
maleficus nō tibi tradidisse⁹ eum. Dixit eis pylatus. Tollite eū vos:
et sim legem vestrā iudicate eum de culpis eius quas nostis. Dixerunt
iudei pylato. Nobis nō licet occidere hominē. Dicit eis pylat⁹. Nobis

A ij

dirit deo: nō licet occidere vobis: sed mihi. Ingressus pylat⁹ in pretoriū: vocavit ihm solū et dicit ad eū. Tu es rex iudeorū. Rūdit ihs pylato. Et te hoc dicis: an alij tibi dixerūt de me. Dicit ei pylat⁹. Nūc ego iudeus sum ut hoc dicā tibi. gēs tua & p̄cipes sacerdotū tradiderūt te mihi: sed si qd malū eis fecili ignoro: si vere rex iudeorū es rūde mihi. Dicit ihs pylato. Regnū meū nō est de hoc mūdo. regnū autē meū si eēt de hoc seculo: ministri mei resisterēt ut nō traderer iudeis. Nūc vō regnū meū nō ē hic. Dicit ei pylat⁹. Ergo rex es tu. Rūdit ihs et dixit. Tu dicas q̄a rer sum: ego ad hoc nat⁹ sum. & ad hoc veni in mūdu: ut testimoniu p̄bi bēa veritati. ut clarifice ē fili⁹ hoīs. et qui eīt ex veritate. vocem meā ausdit. Dicit ei pylatus. Ergo in terris veritas nō est. Respōdit ihesus dicit ei. Intende veritatē dicētis in terra. quomō iudicat ab his qui in terris habitant. Audiēs hec pylatus. relinquēs ihesum in pretorio: & eriēs foras dixit iudeis. Jam dixi vobis: quia testē habeo celū et terram et solem: q̄ nec vnam causam inuenio in eo. Respōdentes iudei dixerunt ad eum. Mō est magna culpa quia de tēplo nostro dixit: possum destruere illud. et in triduo reedificare illud. quod edificatū est in quadraginta scr̄ annis. Dicit eis pylatus. Innocens ego sum a sanguine huius iusti. vos videritis quid in eum facere vultis. Repletis uore iudei. vna voce clāmauerunt dicētes. Sanguis eius sup nos & super filios nostros. Aduo cās pylat⁹ seniores plebis sacerdotes & leuitas: dixit eis secrete. Molite facere sic. nō est em̄ dign⁹ morte de curatiōe infirmorū: neqz de violatione sabbati. Dixerūt iudei pylato. Intēde iudex bone. Si q̄s p̄tra cesarē blasphemauerit: dignus est morte q̄zto magis iste. q̄ aduersus deū blasphemāt. dicēs se filiū dei esse: & piurātes eū: si tu es fili⁹ dei. nō negauit. sed adhuc supblasphemans dicit nobis. ammō videbitis filiū hoīs sedentē ad dexterā virtutis dei: & venientē in nubib⁹ celi. Nec audiēs pylatus dicit id ihs. Quid tibi faciā nescio. Dicit ihesus pylato. Sicut datū est tibi et mihi. Dicit ei pylat⁹. Quō autē datū est tibi & mihi. Rūdens ihs dixit ei. Moyses & p̄phete p̄dicauerūt de mea passiōe et de mea resurrectiōe. Audiēs oīa hec verba ihu pylat⁹. nūc iauit ea iudeis. Statim oēs iudei dixerūt ad pylatū. Quid ampli⁹ ab hoc mago vis audire blasphemias illas. Dicit pylat⁹ iudeis. Et iste sermo blasphemia est. tollite eū vos. & pdūcite eū ad synagogā viam. & fū legē vestrā iudicate eū. Respōderūt iudei pylato dicētes. Lex nr̄a cōtinet. vt si in hoīem hō peccauerit. dignus est accipe q̄dragenas vna min⁹. Qui vero in deū blasphemauerit. lapidi bus obruat. Et q̄a iste ihs sup oēm blasphemā blasphemauit. dicens se ad dexterā diuine maiestatis sedere in celis. & venturū se in nubib⁹ celi. ppter hoc volum⁹ vt crucifigāt. Hoc audiēs pylat⁹ dixit iudeis. Mō est bonū qd intēditis facere p̄tra ihs. Et respiciēs sup oēm multitudinē iudeorū. diligēter qz p̄siderās p̄plm. vidēs plurimos illoꝝ lacrimari. & p̄cu-

tiendo pectora sua in celū dolorose respicere. dixit ad p̄ncipes & seniores iudeor. Ego video q̄ minia mltitudo vult ihm mori. R̄ndētes p̄ncipes dixerūt pylato: Iudex. pp̄terea oēs venim⁹ vt moriat. Dicit eis pylatus Quia cā moriet. Dixerūt iudei. Quia dixit se filiū dei esse & regē. Nicodēmus aut̄ qdā vir veridicus stetit ante p̄sidē & dixit ei. Rogo te dñe iube me dicere paucos sermones. Dicit ei p̄ses. Quid vis dicere dic. Nicodēmus dixit. Ego locut⁹ sū sacerdotib⁹ & leuitis & oib⁹ iudeis dicēs. Quid qritis male agere cū ihu: hō iste multa signa diuina facit & gliosa. q̄ null⁹ patrū n̄oy fecisse scribit. dimittite illū et nolite aliquid malū inferre ei: signa q̄ facit. si ex deo sunt stabunt p̄misura post finē ei⁹: si v̄o ex deo non sunt: dissoluent. q̄a & moyses missus a deo: signa in egypto fecit q̄ dixit illi face re de⁹ an̄ pharaonē regē egypti: & erāt curātes medici ibi Jannes & mā bres. & fecerūt signa q̄ fecit moyses. & habuerunt eos egyptiū sicut deos. Et q̄a signa q̄ fecerūt nō erāt ex deo. iſpi pierūt sicut & signa q̄ fecerūt cum his q̄ eis crediderūt. Et nūc dimittite hoīem istū: nō em⁹ est dign⁹ morte: forsita & iste ihs venit missus a deo pp̄heta sicut moyses dixit p̄ib⁹ n̄is. Prophetā suscitabit nobis dñs de gēte n̄a: & forsita iste eit ihs de q̄ hoc dicit. Si a deo missus est. ad salutē credētiū & exterminationē nō creden tiū venit: sicut de⁹ ad moysen dixit. Si q̄s nō audierit pp̄hetā illū: et ea q̄ loquit̄ in noīe meo respuerit. exterminabit de pp̄lo suo. Hec dixi p̄ncipib⁹ sacerdotū. Audiētes iudei hec v̄ba nicodemī an̄ pylatū dixerūt ad nico demū. Idō hec dicis. q̄r discipul⁹ es ihu & p̄ ip̄o loq̄ris. Dicit eis nico dem⁹. Nūqd & dñs iudei discipul⁹ ei⁹ ē q̄s p̄ eo loquit̄: nūqd nō iste cō stitue a cesare p̄ses. Hec audiētes iudei. erāt frenētes in eu & dixerunt. Veritatē cū ihu accipias: & portionē cū eo habeas. Eleuans man⁹ suas in celū nicodem⁹. dixit iudeis. Veritatē cū ihu accipiā sicut vos oēs dixi tūs. Amē. Stati & ali⁹ ex iudeis stās an̄ pylatū dixit. Ego trigita annis & octo iacebā i lecto: q̄ttidie in piculo morti manēs: & venies ad me dñs ihs. misert⁹ eit mei & dirit mihi. tolle grabatū tuū & vade: & audiēs v̄bū ei⁹ sanat⁹ sū: & portauilectū meū & ābulaui in domū meā. Et ecce ali⁹ ex iudeis stās an̄ pylatū dixit. Ego cec⁹ nat⁹ sū. & trāseūte ihu clamavi misera & rere mei fili david: & misert⁹ eit mei. posuit em⁹ manū suā sup ocl̄os meos & stati vidi. Et alf stās an̄ pylatū dixit. Ego leprosus erā: & v̄bō suo dñs ihs curauit me. Et ecce mulier qdā stans an̄ pylatū dixit. Ego sanguinē fluxi sanguis mei. Et alia mltitudo stās an̄ pylatū: clamabat de multis saluatiōib⁹ & curatiōib⁹ & infirmitatiib⁹ suis dicēs. Magn⁹ pp̄ha est dñs ihs & saluator. Hec oīa audiēs pylat⁹: dixit iudeis. Quare p̄ies v̄i & oēs p̄ncipes sacerdotū tales curatiōes nō fecerūt. At illi nihil r̄siderūt. Sz olj ex iudeis clamātes: pylato dixerūt. Miraculū diuinū fecit ihs. Lazas rum mortuū quadriduani⁹: fascijs inuolutū & ligati: de monumēto ver

bo virtutis sue suscitauit. et ante nos omnes cum viuū sororib⁹ suis pre-
sentauit: et recubens. fecit eum secū sedere ad mēsam. Hec audiens p̄y-
latus. paurore exclamauit voce magna ad omnē multitudinē iudeorum
dicens. Quid est hoc q̄ sine causa vultis occidere ihesum: innocentem et
benefactorē vestrū. Erurgēs q̄ pylatus de sede sua trarit nicodemū semo-
tim: cū illis duodecim viris qui dixerūt ihesum nō esse natum ex fornicati-
one: et dixit eis. Quid faciā dicte mihi quia seditio magna est in popu-
lo. Respōdentes illi dixerūt. Nos nescimus: nos cū eis nō cōsentimus:
ip̄i videbunt in animas suas: vindicet illos domin⁹ iudicio suo iusto. Et
cōuersus pylatus dixit ad multitudinē iudeorū. Scitis quia cōsuetudo
est per dies azimorū. vobis dimittere unum vincitū: habeo quendā insig-
nem vincitū in carcere homicidā. nomine barrabā: vultis ut dimittā vos
bis homicidā illum dignū morte: aut ihesum inculpabilē indignū mor-
te. Dixerunt principes sacerdotū et seniores ad pylatū. Barrabā dimis-
te nobis. Respondēs pylatus dirit eis. Quid vultis faciā de ihesu qui
dicit cristus. Judei dixerūt. Crucifigā. Si hoc non feceris et dimiseris
eum sic nō es amicus cesaris: quia blasphemauit dicēs se filiū dei esse et
regem. Hec audiēs pylatus: cū ira magna dixit iudeis. Semp gens ve-
stra a principio seditiosa fuit: et qui vobis p̄fuerunt: illis cōtrarij fuistis
et interfectores de tormentis vīis. Rūdētes iudei dixerūt. Qui sunt q̄ p̄
fuerūt nobis. Dicit eis pylat⁹. Prim⁹ de⁹ vester q̄ p̄fuit vobis: et libera-
uit vos de iugo egyptiorū: et dimersit eos in profundū maris: et vos p̄ me-
diū aq̄ maris sicut p̄ aridā terrā trāsdurit: et in heremo cibauit vos. mā-
na sine labore pauit et coturnicib⁹: de petra arida potauit vos aq̄: et legis
p̄cepta dedit vobis. In his oībus bñficijs irritatis deū: et voluit vos ex
toto pdere: sed dur vester moyses dep̄catus est eū p̄ vobis: ut nō ex toto
p̄iretis. Et nūc clamatis aduersum me q̄a regē mēū habeo odio et nō su-
ei⁹ amic⁹: nisi tradidero vob̄ istū ihm q̄ mltos ex vobis curauit et mor-
bis eorū: q̄ rex vī est et nihil mali fecit. Hec audiētes indei: furore repleti
vehemēter clamauerūt dicētes: Nos regē habem⁹ Tyberiū cesarē et im-
peratorē romanoī: ihm aut̄ regē nescim⁹: quē persar̄ reges inquirētes
in bethlehem: et de ip̄o interrogates et dicētes: vbi est q̄ nat⁹ est rex iudeorū
rū: obtulerūt ei mūera: qđ audiēs rex herodes q̄a magi eū regē iudeorū
inq̄rebāt: volēs occidere eū: occidit multa milia p̄uulorū q̄ tūc nati erāt
in bethlebē: iā hec oīa p̄dirim⁹ tibi iuder bone. Audiēs hec pylat⁹: iussit
silētiū fieri in pplo et dixit. Ergo ē hic quē q̄rebat herodes. Dicūt ei. Hic
est. Accipiēs aut̄ pylat⁹ aquā: lauit man⁹ suas corā pplo dicēs. Innocēs
ego sū a sanguine iustih⁹ vos viderit. Rūdētes iudei dixerūt. Sāguis ei⁹
sup nos et sup filios nōs. Hec audiēs pylat⁹: iussit vēire militū multū
dīmē magniā tribūal suū: et dictauit sūjā aduersorū ihm dicēs. Ḡs sua
pprobauit eū eē regē; pp̄tea p̄cipio p̄mū flagellari eū fm̄ stetuta p̄ncipū

deinde levare eum in cruce: in loco ubi dederat est. et duos malignos cum eo
quorum nomina sunt hec. Dysmas et Gestas. Et eritis ihesus de pretorio. ve-
nit foras et duo latrones cum eo: et cum venisset ad locum: milites expolauer-
unt eum vestimentis suis: et percinxerunt eum linteo: et clamide coccinea indu-
erunt eum: et corona de spinis coronauerunt eum. et arundine caput eius percutiebat
et deridet os illudebat eum. et suspicentes eum in ligno inter duos latrones
crucifixerunt eum: ponentes dysmam a dextris et gesmam a sinistris. et poculum
acetum et felle mixtum in spoglia plena per arundinem posuerunt ad os eius ut bibe-
ret. Ihesus autem patienter sustinebat mala. et respiciens in celum dicit. Pater
mi. dimitte illis quia nesciunt quid faciunt. Milites autem mittentes super ve-
stimenta eius sorte. tulerunt pates suas. Et multitudine iudeorum. et principes
sacerdotum. et oves iudei clamabat dicentes ad eum. Alios saluos fecisti. te
ipsum salvum facere non potes. si filius dei es. descend de cruce et credimus
tibi. Ipsi etiam milites deridebat eum dicentes. Si tu es iudeorum rex libera te
ipsum. Onus autem ex latronibus qui erat a sinistris ihesu gestas nosce. dicit.
Si tu es filius dei viui libera te et nos. Responde autem dysmas qui sta-
bat a dextris dei et increpans eum dixit. Et verbis tuis appareat quod non times
deum: quapropter in perpetua damnatione eris. nos enim digna facti nostri reci-
pimus. hic autem nihil mali gessit et immerito punitur. Et postquam dysmas dix-
it hunc sermonem increpans gesmam. resperit ad ihesum et dicit. Domine meo
mento mei dum veneris in regnum tuum. Et ait illi ihesus. Amen dico tibi:
bodie mecum eris in paradyso. Principes autem compellabant longinum militem.
rogantes eum ut lancea latere ei perforaret. Quod cum fecisset: continuo ex latere ei
exiuit sanguis et aqua. Jussit autem pylatus. per sententia quam recitauerat.
de morte ihesu. et pro eo quod dixit iudeis. hic est rex iudeorum. titulum
scribi super caput eius. Hic est rex iudeorum. Et erat scriptus litteris
hebraicis. grecis et latinis. et posuit super caput eius. Erat autem hora quasi sexta
et tenebre facte sunt super universam terram usque ad horam nonam. Sol autem ob-
scurus est. et velum templi scissum est in duas partes a summo usque deorsum
et visus est angelus domini hoc fecisse per rompementum igneum vor eius au-
dita est dicens. Testis ego sum passionis ihesu. Statimque post hoc clama-
vit ihesus voce magna dicens. Pater. In manus tuas commendabo spiritum meum. et
hec dicens emisit spiritum. Videtis centurio. quod super centum militum erat officio.
quia quae facta sunt glorificauit deum dicens. Vere filius dei erat hoc iste ihesus.
quod in signis creaturarum leue demonstrat. Siliter et omnes populi circumstan-
tes. considerantes signa virtutum. percuciientes pectora sua reuertebantur.
Centurio autem retulit presidi quae facta sunt. Audiens autem preses. contristatus est
nimis. et non traducavit neque bibit in illa die. Convocauit autem pylatus
iudeos et dixit eis. Num admiramini signa virtutum que facta sunt in
passione ihesu. quia obscuratus est sol. et dies suffocata est. Dixerunt iudei pylato.
Eclipsis facta est solis secundum prophetiam eius. Ruidens pylatus dixit eis.

Momne & velū templi corā oībus scissum est: & apta sunt sepulcra mor-
tuorū: & sicut mihi nunciatur est: a mortuis plures resurrexerūt: & vīsi sūr
in corporib⁹ in ciuitate nostra iherusalē. Interrogate cēturionē & eos q.
cū eo erāt. Offitiales qui custodiebat ihm pducti ante iudeos: testificati
sunt dicētes. Vere nos audiūim⁹ in morte ihesu terremotū: & mugitum
terre quasi loquentē audiūim⁹. & nos vidim⁹ hoīes resurrexisse: & ideo
credim⁹ q̄a filius dei v̄. iste hō erat. Stabat aut̄ oēs noti eius a longe:
& mulieres q̄ secute ei ... cū a galylea: vidētes hec om̄ia. Et ecce vir qui
dā noīe Joseph. agens curā in familiā pylati. vir bonus & iustus: nō fuit
cōsentīēs accusatiōb⁹ & volūtatiib⁹ iudeorū. ab arimathia ciuitate iudee
& ip̄e erat expectās regnū dei. Hic venit ad pylatū & petijt corpus ihesu.
Et deponēs eū de cruce: in syndone mūda posuit in monumēto suo noī
uo: in quo nullus vñq̄z posit⁹ fuerat. Judei aut̄ querebāt occidere ip̄m
ioseph: cū duodecim viris qui p̄ ihesu locuti fuerāt ante pylatū. Siliter
& nicodemū: & oēs eos qui cū ihesu fuerāt: qui steterāt corā ip̄o pylato &
opa ihesu manifestauerāt. Oībus aut̄ occultatib⁹ se: solus Nicodemus
ostēdit se illis: q̄a princeps iudeorū erat. Nō post multos dies: cū facta
esset cōgregatio magna iudeorū in tēplo: ostendit se illis dicēs. Quō in-
gressi estis in templū dñi: cū man⁹ vestre sanguīne plene sunt: q̄a ip̄m ihes-
sum iustū hoīem crucifixisti. Tūc annas et cayphas symeon & dathan.
gamalyel et iudas: leui et neptalyim: et ceteri om̄es iudei respōderūt vna
voce clamātes ad nicodemū. Tu quomō ingressus es nobiscū. qui con-
sentiens eras cristo: par illius tecū sit in futuro seculo. Respōdēs nico-
demus dixit. Amen. Tūc supuenit Joseph de arimathia. dicēs ad oēs
principes. Quare cōtristati eīlis aduersum me: q̄a petij a pylato corpus
ihesu: ecce in monumēto meo posui eū & innolui in syndone mūda: & ap-
posui lapidē ad ostiū monumēti: et vos nō bene egistis aduersus istū
ihesum. q̄a immerito crucifixisti eū: nō solū hoc: sed & lancea latus eius
pforasti. Hec audiētes iudei: apprehēderūt Joseph & iussertūt eū custo-
diri aī diē sabbati. vsq; ad viiū diē sabbatorū: dixerūtq; ei. Agnosce: q̄a
hora nona nō cōpetens erat aliqd agere aduersum te: quia sabbatū illa
cebat. Scimus aut̄ q̄a nec sepultura dignus es: sed dabim⁹ carnes tuas
bestijs terre & volatilibus celi deuorādas. Respōdit Joseph & dixit eis.
Iste sermo sīlis est verbo supbi golye qui impropereauit deo viuo aduer-
sum sanctū dauid: dicit em̄ ppheta: mihi vindictā & ego retribuā dicit do-
minus. vos em̄: q̄i pylatus lauit manus suas dicēs: innocēs ego sum &
sanguīne hui⁹ iustū: p̄tinus respōdistis: sanguis eius sup nos & sup filios
noīros: & ammō cognoscetis q̄ veniet ira dei sup vos & sup filios v̄os
sicut vosip̄i diristi. Audiētes aut̄ iudei sermones istos: exacerbati sunt
anīo nimis: et incluserūt eū in cubiculo carceris vbi nō erāt fenestre: sig-
nauerūt aut̄ ostiū cubiculi sup clauē: & custodes posuerūt. Tūc annas
& cayphas cōciliū fecerūt cū sacerdotib⁹ et levitis. vt cōgregarent om̄es

post diē sabbati. quatin⁹ cogitarēt quali morte occiderēt ioseph. Et cū
fuisserūt cōgregati oēs in die dñica: tollētes signaculū: mittētes clauē ap⁹
peruerūt hostiū: sed nō inuenērūt ioseph in cubiculo vbi eū recluserant.
Hec oībus admirātibus: ecce de militib⁹ quidā qui custodiebat sepul-
crū domini: intrātes in synagogā dixerūt q̄a nō erat ihesus in monumē-
to: et nobis custodiētib⁹ sepulcrū: fact⁹ est terremot⁹. et vidim⁹ angelū
domini de celo venientē: et quomō reuoluti lapidē de monumento et se-
dit sup eū: et aspect⁹ eius erat sicut fulgur. et vestimenta eius sicut nix. et p-
timore eius factisum⁹ sicut mortui. Et audiūm⁹ angelū dicentē ad mu-
lieres que venerāt ad monumentū ei⁹. Nolite timere. Scio q̄a ihesum
queritis q̄ crucifixus est: surrexit sicut p̄dixit. non est hic. venite et videte
locū vbi posuerūt eū: et cito eentes dicite discipulis ei⁹ q̄a surrexit a mor-
tuis: et p̄cedet vos in galylea sicut p̄dixit eis: et eū ibi videbūt. Ad hec
obstupēfacti principes iudeor̄ dixerūt militib⁹. Vixit ergo ihesus: non
credimus vobis. Rñderūt milites. Tanta miracula fecit de⁹: que oēs
vos vidistis et audiūstis: et tū nō credidistis ei: quō nunc credituri estis
nobis. vos bene dixistis q̄a viuit ih̄s: quē vos absq; ratiōe crucifixistis.
Nos audiūm⁹ q̄ vos inclusistis ioseph in cubiculo qui corp⁹ sepeliuit
signātes sup clauē: et posuistis custodes: et aperiētes hostiū: nō inuenistis
eū. Reddite ergo vos ioseph quē in cubiculo inclusistis et custodes po-
suistis: et nos reddem⁹ ih̄m quē in sepulcro custodiuim⁹. Rñidentes iudei
dixerūt militib⁹. Nos dabim⁹ ioseph. date vos ihesum. Joseph enī
in ciuitate sua arimathia est. Respōdētes milites dixerūt. Si ioseph est
in arimathia: tūc ihesus est in galylea: sicut audiūm⁹ ab angelo dicente
mulierib⁹: q̄a surrexit a mortnis et p̄cedet vos in galylea. Hoc audiētes
iudei: timuerūt dicētes intra semetipos. Ne qn̄ audiant sermones isto-
rū: et oēs credant in ihesum. Et p̄gregātes pecunia multā: dederūt mili-
tibus dicētes. Dicite q̄a vobis dormiētibus: venerūt discipuli nocte. et
furati sunt corp⁹ ei⁹. Et si auditū fuerit a preside pylato: nos securos fa-
ciamus vos loquētes p̄ vobis. Milites aut accipiētes pecuniam: sicut
moniti sunt a iudeis fecerūt: et diffamat⁹ est oībus sermo illorū. Quidā
aut sacerdotes quorū noīa sunt hec. finees et Albus preceptor. et Leui
noīe ageus. Iste tres venerūt de galylea in iherusalē: et dixerūt principi-
bus et oībus qui erāt in synagoga: q̄a ihesum quē crucifixistis vidimus
cū duodecim discipulis suis loquentē: et sedentē in medio eorū: et in mō-
te oliveti vidim⁹ eum serinocinantē eis et dicentē. Eentes p̄ vniuersum
mundū: p̄dicate euangeliū oībus gentib⁹: baptizātes eas In nomine pa-
tris: et filij: et sp̄issancti. Et qui crediderit et baptizat⁹ fuerit saluus erit.
Qui vero nō crediderit cōdemnabit⁹: et cum hoc locut⁹ fuissest discipulis
suis: vidim⁹ eum ascendentē in celū in nube. Hoc audiētes iudei et se-
niores et leuite: dixerūt illis tribus viris. Date gloriā deo israel et date ei
confessionē si vera sunt que dicitis. Rñderunt illi tres viri quasi ex uno

ore pariter dicētes. Vivit dñs deus patrū nostroy: deus abrahā: deus
ysaac et deus iacob. q̄a vidim⁹ ihesum loquentē cū discipulis suis et ascen-
dente in celū. Hec miracula q̄ de ihesu vidim⁹. si tacuerim⁹ peccatū ha-
bem⁹. Statim exētētes principes sacerdotū et tenētes legē dñi. cōiurau-
rūt eos dicētes. Per legē domini vos adiuram⁹: vt nemini annūcietis
verba ista q̄ nobis locuti estis de ihu. et dederūt eis pecunia multā. mis-
erūtq̄ cū eis tres viros vt dederēt eos in regiōib⁹ suis et nullo mō sta-
rēt in iherusalē. et p̄gregati sunt oēs iudei et fecerūt lamētationē dicētes.
Qđ est hoc signū qđ mō factū est. Annas qđē et cayphas p̄solantes eos
dixerūt. An militib⁹ custodiētib⁹ sepulcrū debem⁹ credere. īp̄i dixerunt
nobis qm̄ angel⁹ dñi reuoluit lapidē de monumēto. et forsitan hec disci-
puli ei⁹ dixerūt eis. et dederūt pecunias vt hoc dicerēt. et tulerūt corp⁹ ei⁹.
Hoc scitote. q̄a nō est bonū credere alienigenis vllū verbū. q̄a et de no-
bis acceperūt pecunia īp̄i copiosam. et s̄m q̄ docuim⁹ eos: oībus dixerūt
Aut nobis habuerūt fidē tenere. aut discipulis ihesu. Exurgēs nicode-
mus. dicit oībus. Recte locūmini filij israel. Audītis oīa que locuti sunt
illi tres viri iurātes p̄ legē domini et dicētes: vidim⁹ ihm loquentē cum
discipulis suis: et sup montē oliueti asperim⁹ illū ascendētē in celū. Docet
eū nos scriptura. quia btūs helyas assumpt⁹ est in celū. et interrogatus
discipulus suus helyze⁹ a filijs prophetarum: vbi est pater n̄f helyas. dicit
eis. in celū assumpt⁹ ē: q̄ dixerūt: forsitan spūs illū rapuit et posuit in mō-
tib⁹ israel. Eligam⁹ ex nobis viros q̄ circueat mōtes israel: et forsitan in-
ueniēt eū. Et fecerūt sic: et quesierūt eū trib⁹ dieb⁹. et nō inuenierūt eū. Et
nūc audite me filij israel. Mittam⁹ viros in mōtib⁹ israel: ne forte spūs
rapuerit ihm: et forsitan innenim⁹ eū agere penitētiā. Placuit om̄i pplo
iudeor̄ cōsiliū nicodemi et miserūt viros in mōtes. Qui q̄rētes: nō inue-
nerūt eū. Et reuersi dixerūt iudeis. Circūeūtib⁹ nobis oēs p̄tes: nō inue-
nim⁹ ihm: sed inuenim⁹ ioseph in ciuitate sua arimathia. Hec audiētes
principes. gauisi sunt et glorificauerūt deū israel q̄a inuenierūt quē incluse-
rūt in cubicula et nō inuenierūt ihm. et faciētes p̄gregationē magnā dix-
rūt. Quo ordine poterim⁹ ad nos adducē ioseph et cū eo loq. et scripserūt
ad eū dicētes. Pax tibi. et oīb⁹ q̄ tecū sunt. Scim⁹ q̄a peccauim⁹ in te et
deū. dignare ergo venire ad nos. q̄a nos erga te grauiter peccasse cōfite-
mur. admiramur valde et scim⁹. q̄a malignū p̄siliū cogitauim⁹ aduersū-
te: et de⁹ suscepit te et liberauit te de maligno consilio n̄f. Pax tibi dñe iose-
ph honorabilis et dilecte ab om̄i plebe. Et elegerūt septē viros amicos
ioseph et dixerūt eis. Dū pueneritis ad ioseph. salutetis eū in pace dan-
tes ei eplaz. Recesserūt legati. et cū puenissent ad ioseph. salutauerūt eū
pacifice. et dederūt ei eplam. Cū aut̄ legisset eplam ioseph. dixit Benedic
etus dñs de⁹ q̄ liberasti nos: vt nō effundere sanguis n̄f. Bñdict⁹ vñs
qui p̄teristi me sub alis tuis. Et osculat⁹ est ioseph viros illos: et sysca-

pit illos in domo sua. cōferēs cū illis de his que tūc facta fuerāt. Altera
aut die ascēdēs equitaturā: ambulauit cū illis & puerūt in iherusalem
Cū audiūssent hoc: oēs iudei occurserūt obuiā ei et clamātes et dicen-
tes. Pax introitū tuo pater ioseph. Quib⁹ respōdens ioseph ait. Pax do-
mini sit semp om̄i populo ei⁹. Tūc osculati sunt eū om̄es: & suscepit eum
nicodem⁹ in domū suā: faciens grandē apparatū. Alia aut die parasce-
ue annas & cayphas & nicodemus dixerunt ad ioseph in tēplo domini.
Da confessionē dñō deo israel in tēplo ei⁹ & manifesta nobis oīa que in-
